



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantium**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dom. XVII. post Pent. Lect. 27. bipar. Magister quodest mandatum magnum in lege? 1. pars docet quare hoc mandatum dilectionis dicatur magnum vel maximum. 2. quid sit Deum diligere ex toto corde, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

TRACTATUS TERTIUS.

4. Verbum. Utterius, quid est sabbathio transducere panem cum Domino, nisi panem doctrinae sacrae eo die sumere cum sapore & aviditate, vel legendo quippiam pium, vel audiendo Dei verbum? Sic similem est cibus animae, haud negligendus eo die. Si per leptem dies pro corporali, ibi la bor impenditur, curvel una hora pro spirituali non infumetur? *Centum et sexaginta horas habentes hebdomadę, usum et solam horam sibi segregavit Deus, et hanc adhuc in opera secularia, et ridicula, et convenientia, et infunis inquit S. Chrysostom. de Euch. tom. 2.* Horam dicit illam qui administrabat verbum Dei, vel liturgiam celebrabat, cui omnes volebat interesse, tamquam hora quam Deus elegerat sibi. Haec est hora de qua dici potest illud: *Sicut corvus subiectum pelicanum, et janitum Domini gloriosum, et gloriosus ueris eum, tunc deliciaberis super Dominum.* Felix igitur qui palatio pugato, & sapido manducat cum Domino panem sabbathio, panem Eucharisticum, panem Verbi divini, panem orationis sanctae, quo reficiatur & fortificatur anima, ut possit transire ad Sabbathum aeternum.

Liber. 27. DOMIN. XVIII. ROST PENTE COST. bupart. Magister, quod est mandatum magnum in lege. Et Math. 22.

PART. I. Christus Dominus adveniens tamquam Magister de celo coelestis, ut que audiret a Patre, nota nobis feceret. Ejus vero doctrina varie tentata fuit, cum a Saducei, tum a Pharisei & Legi peritis. Saducei, qui non credabant resurrectionem mortuorum (de qua frequenter Christus locutus fuerat) adduxerunt ad eum mulierem, quem nupta fuerat septem annis, inquit uirum cuiusnam ex sepiem futura fixator in resurrectione? Hoc confutat & confundit Christus brevi responsu: *Erasit, ne scientes scripturas, neque viri meum Dei in resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed etiam sunt Angeli Dei in celo.* Pharisei autem intelligentes quod silentium imposuerat Saduceis, convenienter in unum, & interrogavit unus ex eis legis Doctor tentans eum: *Magister, quod est mandatum magnum in lege?* Ait illi Jesus: *Diligite dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Existimat Christum quippe maditum prater vel contra legem, sed categorice ei respondet Christus, & silentium veraciter ponit ei imponit. Nec solum ipso, sed etiam aliis omnibus expiatorioribus suis? Interrogat enim: *Cuius filius sit Christus?* Cumque omnes respondissent esse filium David. Replicat: *Quomodo ergo sum David dominum uorai?* At illi non potuerunt ei respondere, & ex illa die nemo fuit auctorum interrogare. Hac est summa Evangelica narrationis.

Sed videndum est, cur vocetur mandatum istud specialiter *Mandatum magnum?* Equidem mandata omnia magna sunt; à magno Deo & Domino profunduntur, ab eodem tamquam seruo & magno

Judee requirendi; magnisque sunt poenis affendi, quia illa transgressi fuerint, sicut & magnis premis qui illa diligenter observarint. Quapropter dicit: *Tu mandatis mandata tua custodiri nimis, hoc psalmus est, summa diligentia, summoque studio.* Nec sine emphasi est illud sic expresum, *Custodiari nimis.*

In primis colendis nimis ac metuendus est is qui mandat, cum sit supremus Majestatis Dominus: Omnia mandata Dei magna.

Uterius, si attendamus ad ipsa mandata, ita omnia vult observari, ut nec minimus velit praeterire, quia qui offendit in uno fit omnium rebus immo adeo arcta illa observari mandat, ut potius mortem velit subiri, quam unum ex illis violari. An non hoc ipsum est mandare *custodiari nimis?*

Deinde vult ut tota vita à primo orationis usu ad extreemam usque spiritum observentur, si ergo tempus adeo prolixum exacte observantur, confideret, etiam merito dices: *Tu mandatis mandata tua custodiari nimis.*

Denique, confiderationem verte ad gloriam aeternam obseruantibus promissam, vel ad aeternam supplicia violentibus committantibus, & hac confidatione rufus poteris dicere Domino: *Tu mandatis mandata tua custodiari nimis.* Utinam diriganse ad custodiendam ei diligenter tota cordis directione & conatu tui. Et iterum dices: *Bonum vestrum quod timeris domum tuam in mandatis tuis voleas nimis, nisi in mandatis domini complendis non solum omnem adhibebit curam, sed etiam omnem habebit complacentiam.* Curita? *Quia nimis probe agnoscis dominum: mandata sua custodiri nimis.*

Sed dicet verum, fit de omnibus mandatis, quod magna sint, obiam dicta, tamen per excellenter & auctoritasiam huc mandatum de dilectione dictum magnum, & maximum, & primum. Hujus rei demulcet aliorum rationes.

1. Est, quia illud mandatum est de virtutum omnium maxima & sublimissima, ex terrorique regina, faciliter de charitate, sive qua omnes alii servitutes sunt aridae & inane, quandoquidem ipsa sola est de vita & animam, succumque & alii entum instar nutrictis & radicis. Sic fides mortua est sine charitate. Si fides iustificare dicitur, ut corda purificare, hoc intelligitur de fide & charitatem & dilectionem operante, à qua accipi vitam & vim vivificare. Propterea. *Qui non diligit manus in morte.* Item: *Si habeamis fætem in montes transferam, si nos charitate nihil sumus.* In hanc sententiam tendit illud Gregor. hom. 27. in Evang. *Sicut muli Arboris ramorum magne generantur radices, si multa vrsteas ex una generantur charitatis: nec habet aliqua uirilidadem ramus boni operis; nisi manseris in radice charitatis.* Sicut ergo corpus sine anima corpus quidem est.

scd

CUR MANDATUM DILECTIONE MAXIMUM.

B. 1.

Item: si habeamis fætem in montes transferam, si nos charitate nihil sumus.

I. Cor. 13.

Item: si habeamis fætem in montes transferam, si nos charitate nihil sumus.

I. Cor. 13.

Charitas *virtutum* *máximas* *sed vitam non habet, nec operationem, aut perfectionem sibi congruat: ita fides & aliae virtutes sine dilectione dicuntur mortue, informes, imperfekte in fructuose ad gloriam & meritum. Vnde dixit S. Bernardus: *Caritas sine charitate lampas est sine oleo. Tolle scleum, lampas non luceat. Tolle charitatem, castitas non placet.* Am. n. rego merito mandatum hoc maximum dicitur, quod de dilectione prefatur; quandoquidem sine illo reliqua nihil sine esse valeat, sine in pleniori hujus primi mandati; quod non solum ordine, sed & dignitate & necessitate primum esse censetur? O charitas & dilectio; tu es summa actionum omnium bonarum, salus mortuorum, finis coelestium praeceptorum, mors enim in vita virtutum, virtus pugnacium, palma victorum, causa fortiorum mentorum, praemium perfectorum; dicebat B. Prosper lib. de vita contemplativa. O Charitas & dilectio, tu es Mater & Nutrix omnium Angelorum & electorum, omniumque perfectorum; quia Seraphim generas, Apostolorum processas; Martyres efficis, Confessores producis, sanctificas Sacerdotes, conficias Nazaracos, Virgines germinas, elefas omnes coronas! Ego prima est & maxima filia Altissimi, mandatacum de illa datum primum & maximum, mandamus a Deo requirendum, maximè ab hominibus curandum, maximam pacem in hac vita, maximamque gratiam cordibus ingenerans si observerit, maximam vero postquam partens si contemnerit.*

Mandatum dilectionis omnia *postmodum infinat* *Dominus* *dicit:* Cur maximum mandatum dicitur quod dilectione Dei settori, est, quia hoc mandatum omnia alia coniunctet, & hoc impleto omnia alia mandata dimplerentur. Hoc postmodum infinat Dominus dicens: *In hoc misericordia lex pendet & Prophete-*

te. Tunc enim quod lex mandavit, vel Prophete-

tæ moverent, in una charitate completerunt, qua-

doquidem quicquid in scripturis continetur,

& principio Genesis usque ad finem Apocalypsi, ad

hoc tendat ut Deus diligatur. Immo quæcunque

à sacris Doctoribus exarata sunt volumina; quæcunque in

exhortationibus vel privatæ vel publicis propo-

nuntur; ad idem omnino spectant: Finis enim om-

nis: præcepti & omnis doctrina est charitas. Igua-

le de hoc mandato dilectionis idem potiusum di-

*cere; quod Apostolus: *Verbum abbreviatum facit**

Dominus super terram. An non verbum abbrevia-

torum merito pronunciaveris; quod duobus verbis

Charisti doctrinam abbreviat, similiusque con-

tinet universam legem; universamque Prophe-

tæ doctrinam & sapientiam?

Hoc videtur Dominus voluisse insinuare: *Ca-*

sciarina Genesim, cui quondam in spiritu dixisse legi-

gitur: Cum volueris recitare Pater noster, accipe

semper profundamente. Fias voluntas tua, ex te

quo autem totius Scripturæ hanc fuisse vocem, cul

tangum fulcro continuo innitaris; Dilige, Huius

initens, prompte, securæ, recta ambusabis fine erore: nec egos alia luce, nec alio Duce. Voluit scilicet Christus ei significare totam perfectionem confistere in hoc verbo: *Dilige;* & in hoc, *Fiat voluntas tua,* hoc est, in charitate & divinitate voluntatis adimplerone. Nempe charitas reliqua virtutes habet sibi connexas, virtuæ omnia eliminat à corde, in quo domicilium fixerit. Hinc dicitur *Charitas patientis, benigna, non ambiata;* non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniurias, & conangas autem viritatis. Vides ne quomodo alias secundum virtutes attrahat, & animis nostris insuet Patientiam, Benignitatem, Humilitatem, Mansuetudinem, Puritatem cordis. Gaudium veritatis? An non etiam ex codem Apostoli dicto colligis, quomodo vita excludit his virtutibus adversariam? *Non ambiatur;* inquit Apostolus, *ne agit perperam;* sic invidiam excludit, improbatatemque & malitiam in multis regiantem. *Non inflatur;* nec est ambitiosa; sic excludit superbiam & arrogiam, quia contenta est suo loco, & humiliatorem foyet omnium in loco. *Non querit que sua sunt;* sic expellit avaritiam & cupiditatem. *Non irritatur;* sic propulsat iram, docetque mansuetitudinem. *Non cogitat malum;* sic docet cordis puritatem, & in amore munditiae mente solitans, omnium odium maculans eruit. *Non gaudet super iniurias;* quia omni carens luxurio prava, & candore plena compatiatur, alieno malo, nec illo delectatur. Denique, *Omnia credit,* iugo fidei suaviter animum inclinans. *Omnia sperat,* quia Deus promisit, quia non disfudit amant: *Omnia sufficiet & sufficiens;* quia malo tolerando hujus vite expectat cum patientia bona æternæ vitæ.

Hi quoque conformiter S. Aug. epist. 52. docet, quomodo in vena Dei dilectionis quatuor virtutes cardinales contineantur, ubi sic ait: *Adhuc vero Deo per amorem est Prudentia, quia profectissime adberbit bona quæ non amittatur. Est fortitudine, quia fortissime adberbit bono unde non avellatur: Est Temperantia quia exultissime adberbit bono ubi iam non corrumpatur. Est Injustitia, quia exultissime adberbit bono sui merito subjiciatur.* Addit ibidem alia ratione declarando: *Diligendo eligere Deum. Prudentia. Nullus inde avertit molestias; Fortitudo est. Nullis illecebris defere; Temperantia est. Nulla superbia ab eo excidere; Injustitia est.* Ex his ergo latet constat, quam merito magnum hic dicatur mandatum dilectionis, & quomodo verum sit quod dicit Apostolus, *Plenitudo est dilectionis;* & rarus quomodo sit vinculum perfectoris: colligans hominem cum Deo perfectissima, colliganteriam virtutes, & omnes illas in Deum dilectionum ordinans, ita ut propter ea dixerit S. Augustinus de Civit. lib. 15. c. 22. *Nihil aliud est virtus quam ordo amoris;* sive amor ordinatus.

3. Cur maximum dicit possit mandatum de dilectione reddi potest, quia est unicursalissimum, Rom. 13.

Xxxiiij

86 omni

Quia uni- & omni statu ac conditioni maxime congruum,
versalissi- maximeque necessarium; ita ut nullus ceipi liber
num. conditionis se ab illo excusare posse, aut difficulta-
tem aliquam praetexere. Unde de illo mandato ve-
rum est illud Mandatum quo deo gratio tibi, non
supra te est, neque praeul possum nec in celo sisum, us
possi dicere. Quis nostrum vales in cœlum ascendere,
ut deferat illud ad nos, & ait, amus aequa opera com-
pleamur. Neque trans mare possum si dicas. Quis ex
nobis poterit transfratre, & ad nos deferre, ut posse
me facere quod precepimus eft? Sed iuxta te est ferme
in ore tuo, & in corde suo. Solum requirunt ut cor
tuum Deo tuo offeras, quod in tua est potestate, a-
morem tuum offensum Deum tibi promereti, &
celum hoc pretio emere poteris. Si Deus ad glori-
am adipicendam, scientiam multam requiret,
raulti se excusat, quia ingenio rudes & illiterati,
Si pro illa multæ opes impendunt, & in eleemo-
synas erogant, forent, Jam pauperibus spes non
foret. Si folium Jejunii, auferitur abusus, gravibusque
laboribus eam Deus vendet, homo debitis & in-
firmis se excusat. Tale ergo pregium constituit,
quo nemo possit carete si velit, ipsam felicitatem Dei
dilectionem, à qua nec infirmus, nec rudi, nec pau-
per & abjectus se excusat valent, ideoque man-
datum de dilectione maxime est & universalissi-
num. Tantum enim potest diligere pauperculos &
idiotas, quantum dives, potens & sapiens. Tantæ
gratiae & amoris divini capax est ovum vel porcu-
rum Pastor, quantum gratiae & amoris capax esse
potest vir dignitate & scientia sublimis.

Audi hac de re S. Bonaventuram Doctorem Se-
raphicum. In quadam colloquio spirituali dicebat
ei B. Aegidius Frater laicus. O quam felices vos qui
multa scientia prædicti estis: illa enim plurima vobis
suggerit quibus Deum laudare poteris. At nos illite-
rati & idota quid agemus? re pondet S. Doctor.
Non est quod conqueraris Frater, sola enim sufficit de-
lectio. Replicat S. Aegidius. An ergo potest illiteratus
& rudi ita Deum diligere, sciat a qui multa scientia
est adornatur? Respondet Bonaventura. Immò ve-
ri muliercula simplex & pauper aequa potest Deum
diligere, ac sublimis Theologia Doctor. Ad hæc in i-
pitu hilaratus B. Aegidius cum fervore caput ex-
clamare. O simplices & paupercula mulieres agnoscite
gratiam Dei. Enī ilium amate ex solo corde, & aqua
manga apud Deum poteris esse Frater Bonaven-
tura. In hæc vero verba ex plenitudine spiritus e-
stupens, tribus continuis horis in rapto & extasi
pernasit. Huius ergo scientia amoris ab omnibus
opera danda est, quia juxta amorem mensuram ani-
ma in celo locum fortiorum sublimem, ita ut plurimi
simplicitas magne preceperunt sint sapientes admirabiles,
& subtilitate præminent. Sed & sola illa illa
scientia hic reddit animum felicem: sine amore Dei
non nisi cordis scintitur miseria & inopia. Quapropter
dicebat S. Aug. Quia est quod amar te jubens
a me. & ministris misericordiæ miseria si non amem
te. Parva ne est ipsa miseria amare te? Omnes igitu

hac in re inopere invitavit Dominus ad acquirendum hoc aurum amoris, quod solum cor ditate potest, dum dicit illo qui pauper erat & miserabilis & nudus: Subiectib[us] emere à me aurum ignivm, et Apoc. 3. 1
locuples fias.

Videndum nunc nobis est, quid sit Deum diligere tota corda, tota anima, totis viribus tota
sainte, tota virtute, tota fortitudine, hac enim ver-
borum forma nobis dilectio precipit in variis Denix
locis sacra scripture. Cum vero hic loquendi mo-
tus totalis dilectionem cordis, mentis, animæ, Deut. 6. 1
virtus nostra requiriens & inculcans, anxiatatem Matt. 22,
valeat etiam fidelis corde ingenerare, & opinionem Marc. 12,
multa ingerere huic precepto, vel numquam, vel Lue. 10.
vix satisficeri explicemus hac breviter aliquot pro-
positionibus.

Dicendum ergo primo, simpliciter loquendo, u-
num idemque hæc omnia significare, sed hanc re-
petitionem fieri ad majorem energiam, ut tanto
magis inculceret homini hac dilectione adeo necesse
et, & tanto profundius ejus cordi illa imprima-
tur, quia omnium formæ est & origo honorum in
homini & Angelis. Neque vero aliud hic cen-
setur precipere Dominus, nec aliud scripture ille
explici desigunt, quam Deum diligendum
sincero corde, hoc est, sincero affectu, sincera que-
voluntate, ita ut cor & affectum sic Deo conlectemus,
ut non denus ejus partem deponi, nec peccato
amori Dei contrario. Porro amori Dei &
gratiae ejus contraria est omne peccatum morta-
le, unde non potest in anima coabitare peccatum
mortale cum amore Dei, non plus quam lux
cum tenebris, vita cum morte, arca Dei cum ido-
lio. Diligendus ergo Deus effictio corde, ex tota
anima, ex tota mente, quia non sicut, nec partim
diligendus est, sed vere & sincere, & ita integrè, ut
amor Dei sic cor & animum occupet, ut idolum
peccati mortiferi nullum angulum in eo locum re-
veniat. Qui in peccato hærent, & volunt simul ser-
uire Deo, cumque se diligere afferunt, cor suum
dividunt, & gravissime falluntur, dum autumant
leuctum cordis amorem Dei cum peccato posse
similiter continere. Coagilitatum est stratum, & Pal-
lium cordis ita bieve est, ut hæc simili continere
nequeat, alterutrum excidere necesse est. Animæ
templum ita sanctum est, ut idolum peccationis
compatiat, non plurimum Arca Dei Dagon i. Reg. 4.
Philistinorum idolum.

Sic explicatum hoc preceptum quis difficile ni-
min exstitimbit, cum nihil aliud requiratur ad
Deum diligendum ex rotu corde, quam ut cura
sic diligamus, ut nihil ejus amoris preponamus, aut
concursum faciamus, sive ut ejus amorem pluris
faciamus, quam omnia alia, quæ potius parati
sumus perdere, quam Deum mortali peccato of-
fendere, & ejus gratiam & amorem deletere? Hoc
nempe est amare Deum summè appetitivè &
affinitatè, ut loquuntur Theolog. Si quisnam
videat

Videat se affectu quodam ferri erga filios vel patentes, divitias vel honores, in animo tamen suu fiamerit statutus se nec propter parentes, nec propter opes & honores, nec propter bona qualibet hujus facili velle Deum defere, non nimium angatur: conetur interim quod potest hac omnia subternere divino amori, & sic secutum redat. Quinimo potest fieri quod quis filios tenetius diligit quam Deum, interius appetitio plus Deum diligit, & sic de divino huic preecepto non adveniet: quia ob Filii amorem, diuinum haud veller praeferre mandatum & honorem.

Quis dubitet quin tenerimus Abraham Isaac filium suum diligenter, tum quia in senectute genitus, tum quia unigenitus erat, in quo solo spes successio? s? Vi intenim probatur eius amor, an amor divino illius praeponebat, dicitur ei: *Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iacob, & offer eum in holocaustum.* Res plane difficultas dum dicitur: *Tolle filium,* patrum enim amor in filios facit etiam ante filios morientem. Res difficultas dum unigenitum tollere operet & intercurre. Res difficultissima summe & unice dilectionem tollere, eumque qui Patria est unicum gaudium & oblectatio, unde & Isiae nominatus, hoc est rarus & lacita. Quid, quod propria manu illum facientes, in cunctis totum redigere jubetur, ut fit in holocausto?

Hec omnia interim specialiter representantur Abraham, ut ejus probetur amor erga Deum: an forte tenerimus filiu amorem Dei mundi o & amori praeponat? Absit. Licet enim filium dum gattare eme, Deum tamen toto corde: unde mox se accingit ad obedendum, in singulis admirabile amoris divini exemplum exhibens.

Dan. 13. Si *Susanna* vitam suam & honorem valde diligat, interim fenes illi in concupiscentiam exardecit, potentem sunt ei vitam & honorem eripere, diffamando, accusando, condemnando ad mortem. An interim amorem vite & honoris, Dei amori praeferset? Absit. Deum ipsa diligit tota anima, toto corde: quapropter est sibi melius esse in cunctis manus hominum, quam in conspicua Dei sui peccare, illiusque gratiam perdere.

Non absimiliter & *Ioseph* sollicitatus a Domina sua ad impurum amorem, tandemque in periculum infamiae, carceris, mortis adductus, maxime omne iudeum detinere subire, quam propter vitandam infamiam carcerem, mortem peccato frangere. Sic probavit se Deum toto corde amare, dum ejus amorem vult omnibus praeponere. Quiunque ergo ita se gerit, ut malit omni perdere quibus afficitur, quam Deum, sciat se Deum sincere diligere, & hoc preeceptum adimplere. Sic adimplerunt Martires omnia terrena blandimenta, omnia tormenta pro amore Dei contemnentes, vitamque suam ac sanguinem oppignorantes.

Dicendum secundo, etiam per hoc preeceptum nos admoneri, ut diligamus Deum amore, quam-

tum fieri potest, perfecto & ardenti, secundum possibiliteratm hujus vite & vice j & ita omnem conatum nostrum, omneque studium conferamus ad hunc amorem acquirendum. Diligendus itaque est Deus toto corde; tota anima; tota mente, totis virtibus & fortitudine; ita felicit, ut tota nostra cogitatio sit in ejus amore; tota nostra operatio propter ejus amorem, tota vita nostra regula ejus amori conformetur, tota nostra intentio adhuc semper advigilat, ne dilectio nostra ad aliud, quam ad ipsum referatur. Hinc dicebat S. Bernardus lib. de dilig. Deo: *Diligam te, Deus meus, prae dono tuo & modo meo, minus quidem iugulo, ad non mino posse meo, non enim possim ultra quod possum, perero vero plus, cum plus donare dignaberis, numquam tamquam prout dignus habervis.* Sic etiam S. Thomas, singulas partes explicans hujus preecepti, ait: *Diliges ex toto corie, id est, ex tota voluntate, ut faciliter in omnibus totam intentionem, quae per cor exprimitur, in eius obsequium & amorem diligamus. Ex tota mente, id est, tuto intellectu, quem totum Deo subjecimus. Ex tota anima, ita ut omnes appetitus, qui per animam notantur, ad normam sanctae Iustae legi componamus. Denique ex tota fortitudine aut virtute, ut omnia exteriora opera (qua nomine virtus & fortitudinis significantur) eadem conformemus.*

Merito hoc preecepto unusquisque monetus divinae gratiae cooperari, & studium ac conatum suum exercere in amorem Dei perfectum & ardente. Nec enim, ut S. Augustinus, aquum est, ut filii huius facili, filii noctis & tenebrarum, servientiori desiderio & studio diligant, & querant res perpetuas, & fugitivas honestas, quam nos servi Dei, immo & filii, diligamus Deum nostrum, per quem facti & redempti sumus, qui etiam pro proximo amoris, colestes nobis & eternas promittit divitias, ac seipsum fructione perpetua. Aperiatis ergo oculos, umusquisque, & considerer negotiatorum hujus facili sollicitudinem, studium, fervorem, pro rebus peritius, cum quibus sunt ipsi peritius, & ignoriam suam condemnet, quod longe faciat minus pro amore Dei. Hinc Thomas a Kempis lib. 3. c. 9. *Promittit mundus temporalia & parva, & servit uti excedit magna: ego promitto summa & eterna, & torpescunt mortalium corda. Quis tanta misericordia servis, quanta mundo & dominus eius servitur? Erubet se, servus piger & quarulose, quod illi parastores inventantur ad perditionem, quam tu ad uitam. Gaudent amplius illi ad vanitatem, quam tu ad veritatem.*

Sic S. Xaverius Apostolica charitate succensus deplorat solebat, & dicere, se magna affici confusione & pudore, quod negotiatoris citius in lapponiam penetrasset ad divendendas merces viles & peritius amore lucri, quam ipse ad divendendas merces celestes amore Dei.

Dicendum tertio, quod perfectio & plenitudo hujus dilectionis divinae ex toto corde & tota mente;

*Divinae
gratiae co-
operandae.*

R. 33.

in aliis.

in altera vita solum habebit. Ibi dilectio actualis in suo gradu perfectissimo habebitur, & in continuo actu; quia ibi nullum impedimentum, nulla discontinuitas, ibi amor perpetuus, & nullus finis amoris. Ibi amor est velut quidam circulus acerbus, per optimum, ex optimo, in optimum, inenarrabilis conversione circumiens, ut loquitur S. Dionysius. In hac vita autem impossibile est, ut Dei amor ita cor possidat, ut omnem affectum extra ipsum, qui multiplex cura huius vita varians mutatis impatiens involvit, ab actuali Dei amore distractus. Concupiscentia quoque continuo rebellans in sua eam impedit perfectione, etq[ue] visus quidam & pondus spiritualium pennarum impediens animam ad perfecto amore in Deum volandum. Hoc volunt dicere S. Augustinus, dum dixit hoc preceptum de dilectione Dei, nonnulli in altera vita adimplendum, in sua licet perfezione omnimodum.

Nihilominus Deus quibusdam electis tantum infundit dilectionis gratiam, ut, quantum fieri potest, moraliter loquendo, in hac vita Deum perfecto amore diligant, de quibus sic loquitur S. Gregor. hor. 34. in Evang. Solo aternatissim amorem perfundit, cum temporalia mente transcedunt, amant & ardenti, atque in ipso ardore requiescent; amando & ardenti, loquendo & alios amore accendunt: Quid nisi ipsos. Scaphum dixerim, quorum cor in genere conversionem lucet & urit?

**Exempla
per ecclesias
Deum diligenter.**

In Solilo.

Talis fuit S. Augustinus, qui ideo depingitur corpus gestans in manu rubicundum, & flammans (quasi esset rubus incombustus) sagittis amoris transfixum. Sagittaverat in eum Dominus, & amoris perfecti jaculo transverberat cor eius, ita ut ei audeat fidenter dicere: Scis, occiditorum cognitorum Deus, quod calo & terra & omnibus que in eis sunt, tu mihi acceperis, tu mihi amabilis. Aproposito, Deus meus, amore magno, magisque amare cupio: dominis, ut amem te quamcumque volo, quantum debeo, ut in te semper tota meditatio mea. Te mediter per diem sine cessatione te sentiam per seipsum in nocte, te aliquid spernus & meas mea indecessus.

Talis etiam fuit S. Franciscus, qui ideo sacris flagratis a Christo insignitus fuit exterius in carne, & ardore Scaphico intus in corde dum contemplatione vacaret in Alvernii monte, ut cognosceret amator Christi se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis, totum in Christi amorem transformandum, ut loquitur S. Bonaventura. Unde & haec frequens fuit eius oratio: Ab ore beatae Domine, mens meam ignita & melliflua vis amoris ab omnibus que sub celo sunt, quia amore amoris tanta pass dignatus es, & in ligno crucis dignatus es mori.

Talis fuit & ipse Bonaventura, qui & inde Seraphicus Doctor dictus est, quia iacebat & ardebat, & alios amore miro accendebat. De ipso dicere possumus, quod non solum cor, sed & verbum eius, quasi ignis, & quasi facula ardens erat. Vnde & ipse

frequenter sic orabat: Tranfige, dulcissime Domine Iesu, medullas & viscera anima, mea saluberrimo amoris tuis vulnera sanctissimaque charitate, ut languescas & liquefas anima solo semper amore & desiderio tuis. Te ejus, te fratras, te queras, te inveneras, te medieris, te loquazur, propter te omnia opereris, cum dilectione & delatione, cum facilitate & affectu, cum perseverantia. Tu solus semper si potes, mea divisa, gaudium, pax & tranquillitas mea, suauitas & odor, portio & possessio, thalassae in quo immobiliter sis radicata mens mea & cor meum.

Talis quoque fuit S. Dominicus, totus amore ignis, aliosque, igniens ardore similis, ipse enim poterat idem dicere, quod Dominus: Ignem veui mistere in terram, & quid vola nisi ut ap. 12. Propterea cum eum mater utero gestaret, visa est fibi gestare catulam ore faciem praferentem, & orbem totum illus facis flammam concrernantem. Propterea etiam, cum interrogaretur unde haereticis divinas illas & ignitas conciones, quibus plebeis mentis in amorem Dei accendebat, respondit: Non ex alio libro eas habeo, quam ex libro Charitatis. O vere amatorem Dei, o perfectum Charitatis discipulum!

Talis fuit etiam S. Carolus Borromaeus, in cuius nativitate lumen & flamma coelestis cubiculo matris parvus incubuit, designans lucem sapientiae & flammanam charitatis, qua Ecclesiam erat illustratus. Vnde & S. Philippus Neri, cum eum quadam die viseret & amplecteretur humilissime, vidit & sensit flammanam quamdam lucidam ex ejus corde de ore profundi coelestis amoris indicem; quem amorem fibi a Deo in perfecto gradu communiciatum, zelo & opere indefesso in his quibus Dei gloriam concernebant, jugiter commonitabant.

Talis denique & ipse S. Philippus Neri fuit, cui propter ardore amoris divini, & corde prouidentia colla quedam cordi proxima loco morta fuisse afficerit; ita ut corde per amorem se se dilatante, posset dicere cum Propheta & Rege: Viam mandatorum tuorum cœcuri, cum dilatasti cor meum. Quod quidem in ipso factum fuisse, referunt nota spiritualiter & in mystico intellectu, sed etiam corporaliter & secundum litteram, in cordis & coitum quadam dilatione. O amoris efficacia! O mira eius potentia!

Inter mulieres quoque magnum numerum possemus recensere carum, quae admirabilis divina amoris ardore toto orbe celebres factae sunt. Interhas S. Catharina Senensis excluit, quae per quadam cordis sui commutationem cum corde D. Iesu admirabilis effecta fuit. Item nostro saeculo S. Theresia, quae ab Angelo jaculo quadam aureo & ignis in visione transfixa, supereminentes divini amoris effectus, persensit. Item S. Clara de Monte Falco, quae in corde omnia Passions. Dominice instrumenta divinitus impressa gestavit. Sed his & innumeris aliis praetermissis, in unam S. Catharinam de Genua oculos conjice, quae praecedente sa-

culo

culo Ecclesiam amoris divini luce admirabiliter & flamma inexplicabili illustravit. Ita in Deum perfecta totus cordis dilectione ferebatur, ut affereret se male in inferno esse sine peccato veniali quam in Paradiso cum unico veniali Rationem hanc subiectebat. Quia sola reflexio ad hanc imperfectionem Amori meo Aeterno ingratam, mihi quidam foret intolerabilis infernos. Vnde & pro clavigo sibi familiari astimebat vocem hanc Pueras. Quia volebat Amorem suum erga Deum ita purum esse, ut nihil terre, nihil mixtum haberet proprii interesse. Ea propter affereret se lubenter pauperam omnes poenias Purgaciorum, omnesque poenas inferni, cum omnibus simul junctis poenis omnium martyrum pro amore Dei, si eis accederet voluntas. Optabat sibi ferventissimum desiderio omnia corda omnium hominum, omnes voluntates Angelorum, omnem amorem omnium Beatorum & Electorum, ut huc omnia simul amore juncta posset divino sacrificare Amori in holocaustum perfecti amoris. Denique, decem annis continuo passa est indicibile martyrii interitus in anima & omnibus anima potentiis, ut ipsam afferret, quia vim & imperium amoris penetrans usque ad medullas & compages, usque ad divisionem animae experibatur. Vnde dicere solita erat: *Corpus quidem meum consuus afficitur martyrio, sed longe alio martyrio afficitur anima mea, nec pro toto Paradiſo carere vellim unco grano hisus supplicio, quia sic vult amor.* Hunc amorem non satis potens explicare, vocabat modo Amorem vulnerantem, modo Amorem crucifigentem, modo Amorem mortificantem, & omnes passiones interimentem, modo Amorem omnipotentem & desificantem, elevantem animam super omnem creaturam. Certe adeo sublimiter de divino amore dixerit, ut vix puer ullius intelligat, nisi qui didicerit idioma amoris.

Vide eius
vitam.

Cordu-
s.

TU, Domine, qui jubes te amari a nobis corde, tota anima, tota mente, da quod iubes, quia tu fones es & origo omnis amoris. Tu Charitas es, Deus meus, Charitas quidem per essentiam, Charitatem infundens cordibus nostris per participationem virtutis Spiritus Sancti. Da igitur nobis gratiam te amandi, te redemandi, qui prior dilexisti nos, & quidem immortales, inter omnes. Da ut properemus te ad amorem, quia suprema beatitas es & pulchritudo, suprema sapientia & potentia, suprema gloria & perfectio, amabilis in te, amabilis per te, amabilis per omnia. Fas ut non patim amorem te, sed ex toto corde & tota anima, nullam partem amoris dameni aut peccato communicantes, ut possideas totum cor nostrum, & nos illud in te possideamus, possimusque in veritate tibi illud dicere. *Tu es Dens cordis mei,*

& pars mea Deus in aeternum.

Rational. Evang.

EADEM DOMINICA.
Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Math. 22.

LECT. 28.
bipar-
tita.

PARS I.
Cur hoc
praeceptum
simile
prime.

R. 4.

Mentis pronuntiat Dominus secundum istud mandatum esse alteri simile. Primo quidem, quia est mandatum ejusdem virtutis, ejusdem scilicet charitatis: nec enim alia charitas est quae diligit Deum, alia quae diligit proximum, sed una & eadem diligit Deum propter se, & proximum propter Deum. Unica enim est charitas, sicut una est fides, & una spes. Habet ergo charitas duo precepta, quasi duos pedes, quibus ad Deum currit, ut loquitur S. Augustinus in Psal. 37, ubi ait:

Pedes tuoi una charitas est. Duo habet pedes, noli esse claudus. Qui sunt duo pedes? Duo precepta dilectionis Dei & proximi. Ipsi pedibus curve ad Deum. Imò quia non solum ambulat, sed etiam quadam ratione volat anima diligens, haec sunt duas alas, quibus celerrime fertur & securissime in celum, haec sunt due pennae columbae in Deum volanties. Pennæ charitatis Dei planæ aureæ sunt, pennæ quas subministrat charitas proximi, quasi deambulatoriae sunt. Denique, duo precepta charitatis sunt velut duo brachia, dextrum finistrumque quibus strictissime sibi conjugit & complebitur anima Deum suum: ut sicut sponsa de Sponso coelecta, sic & sponsus de dilecta sua dicere valeat: *La-
cans. 2.
vata est sub capite meo, et dextera illius aplocaebatur me.* *Ep. 8.
R. 2.*

Secundo, propterea dicitur hoc mandatum simile primo, inquit S. Chrysostom. hom. 72. in Matth. quoniam hoc illud inducit, & ab illo rursus munitor & perficitur. Dilectio nempe Dei inducit dilectionem proximi, estque illius causa & origo. Item dilectionis Dei preceptum munitor & perficitur per preceptum de diligendo proximo, quia, ut dicit S. Augustinus tract. 17. in Ioan. *Dilectio Dei prius & ordine praecepit: Neque enim quis praecepit tibi dilectionem illam in duobus precepis, prius tibi commendaret proximum, & postea Deum, sed primum Deum, postea proximum.* Tu autem, quia Deum nominum vides, diligendo proximum promovere quem viaes, & purgus oculum ad intendendum Deum, dicens S. Ioanne: *Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* Hac ille, itaque inchoatio charitatis, in Dei dilectione est; perfectio charitatis per dilectionem proximi acquiritur. Similia ergo sunt precepta, & se se mutuo adjuvant: nam ignis amoris divini ad proximum amandum cor accendit, amor quoque proximi hunc ignem foveat & adauget. Hic etsi spiritus duplex sit, quem & hunc cum ejus pallio in gradu perfectio participavit, spiritus felicis dilectionis Dei ignis, & spiritus dilectionis proximi perfectio, sive spiritus zeli ardoris salutis proximi.

Tertio, hoc mandatum dicitur simile primo,

YYYY tum

R. 3.

